DECRETA
SACRAE CONGREGATIONIS
super ſtatu Regularium

De mandato Sanctiſs. D. N. INNOCENTII
Papæ Decimi edita,

Pro recipiendis Nouitijs in Religione Clericorum
Regularium Theatinorum.



ROMÆ,
Ex Typographia Reuer. Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. LIV.

AD propagandam in Religione Clericorum Regularium Theatinorum regularem obseruantiam, quæ Nouitiorum institutioni & educationi præcipuè innititur, Sac. Congregatio à Sanctiss. D. N. deputata super statu Regularium, de mandato Sanctitatis Suæ, in singulis Italiæ Prouincijs eiusdem Religionis, præsentis Decreti vigore, designat, ac deputat pro Nouitiatibus, & Professorijs Conuentus infrascriptos, videlicet in Prouincia Romana prò Nouitiatu Conuentum S. Siluestri in Monte Quirinali, & prò Professorio Conuentum S. Andreæ de Valle Vrbis Romæ: in Prouincia Ecclesiastica, Florentina, & Ianuensi prò Nouitiatu Conuentum S. Michaelis Florentiæ, & prò Professorijs, Conuentus S. Siri Ianuæ, S. Bartholomæi Bononiæ, S. Vincentij Mutinæ, S. Vincentij Placentiæ, S. Antonij Mediolani, S. Abundij Cremonæ, & S. Mauritij Mantuæ; in Prouincia Neapolitana prò Nouitiatu Conuentum S. Pauli Neapolis, & prò Professorijs Conuentus SS. Apostolorum, & S. Mariæ Angelorum eiusdem Ciuitatis, & S. Irenæ Ciuitatis Licien. In quolibet autem ex prænominatis Conuentibus prò Nouitiatu, vt præfertur, designatis, eadem S. Congregatio impertitur licentiam hac vice tantùm recipiendi Nouitios intrà numerum hic præfixum, nempè in Conuentu S. Siluestri in Monte Quirinali Vrbis Romæ octo Clericos, seù Choristas: in Conuentu S. Michaelis Florentiæ duodecim Clericos: in Conuentu S. Pauli Neapolis duodecim Clericos; dum tamen hæc, quæ sequuntur, inuiolatè obseruentur. Primùm indicatur, & in singulis dictarum Prouinciarum Conuentibus publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi postulauerint; omnesque à Præposito Conuentus, prò quo erunt recipiendi, vnà cum duobus alijs Patribus grauioribus à Generali diligendis diligenter examinentur, & Capitulo Conuentuali renuncientur quotquot idonei iudicati fuerint natalibus, ætate, vita, & moribus ante actis, literatura, corporis habitudine, impulsu spiritus, alijsque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, ac Statutorum ipsius Religionis; nec idonei reputentur qui decimum quintum ætatis suæ annum non expleuerint; sicque renunciati iuxta morem Religionis proponantur in tribus Capitulis, & illi dumtaxat, qui in vno quoque secreta duarum partium suffragia habuerint, approbati intelligantur. Tùm deinde hoc examen, seù scrutinium scripto fideliter exaratum, & manu propria cuiusque Examinatoris subscriptum, ac iuramento firmatum, obsignatumque, vnà cum decreto approbationis Capituli, primo quoque tempore transmittatur ad Generalem, eoque ab vrbe absente, ad Consultores generales, qui statim, scrutinium sic receptum accuratè percurrant, & per singulas partes

tes

tes expendant; ac prætereà tàm per supradictos; quàm per literas familiares, & secretas inquisitiones à Patribus Prouinciæ antiquioribus, ac zelum Dei habentibus assumendas, sedulò inuestigent, num aduersus examinatos, & approbatos inueniatur aliqua exceptio, anue ipsorum quispiam sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquo modo addictus alicui Examinatori, aut alteri ex Patribus Religionis, & an zelo perfectionis vitæ, & Deo liberiùs in S. Religione seruiendi, an potiùs leuitate, aut necessitate, vel alio fine inordinato ductus postulet admitti. Hisquè peractis, ex omnibus vt supra approbatis idem Generalis cum alijs supradictis intrà numerum Nouitiorum in singulis Nouitiatibus vt supra concessum præeligat meliores, habita præsertim ratione indolis, morum, feruoris spiritus, acuminis ingenij, & conditionis natalium; moxquè præelectorum nomina mittat ad Præpositum ipsius Conuentus Nouitiatus, qui tunc demum, & non prius, eosdem præelectos ad habitum probationis suscipiat, & anno elapso, si eos habiles inuenerit, ad professionem admittat, sub exacta tamen vita communi ad præscriptum Regulæ, non obstante quauis laxiori consuetudine, seù potius corruptela in contrarium introducta, seruataque forma sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, ac præcipuè Decretorum fa: me: Clementis Papæ VIII. nec non Statutorum prædictæ Religionis. Quòd si aliquem ex dictis Nouitijs ante professionem à Religione discedere, aut expelli contigerit, alius in eius locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus seruetur forma superius præscripta. Cæterum vt ijdem Nouitij, postquam in Professorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, statim post professionem emissam, si in Conuentu pro Nouitiatu vt supra assignato locus aderit secundi Nouitiatus, seù Professorij ab ea, quæ Nouitiorum est, & antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Conuentus eos alere queat: sin minus, transferantur in alium Conuentum ex designatis prò Professorio, seù secundo Nouitiatu, vbi is locus cum requisitis ad Nouitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur. Ita tamen, vt si prædicta Religio ex suarum Constitutionum, seù Institutionum vigore, maioris temporis cursu nouos Professos intrà Nouitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur: Et nihilominus permittitur Superioribus, vt id ipsum facere possint, si rationi, & Religioni magis expedire iudicauerint; in quo quidem Professorio degant sub regulis, & modo viuendi adhuc strictiori, quàm seruent antiquiores Professi, itaut nec in negotijs Conuentus se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alterius exterioris obedientiæ officium

exer-

AD propagandam in Religione Clericorum Regularium Theatinorum regularem obseruantiam, quæ Nouitiorum institutioni & educationi præcipuè innititur, Sac. Congregatio à Sanctiss. D. N. deputata super statu Regularium, de mandato Sanctitatis Suæ, in singulis Italiæ Prouincijs eiusdem Religionis, præsentis Decreti vigore, designat, ac deputat pro Nouitiatibus, & Professorijs Conuentus infrascriptos, videlicet in Prouincia Romana prò Nouitiatu Conuentum S. Siluestri in Monte Quirinali, & prò Professorio Conuentum S. Andreæ de Valle Vrbis Romæ: in Prouincia Ecclesiastica, Florentina, & Ianuensi prò Nouitiatu Conuentum S. Michaelis Florentiæ, & prò Professorijs, Conuentus S. Siri Ianuæ, S. Bartholomæi Bononiæ, S. Vincentij Mutinæ, S. Vincentij Placentiæ, S. Antonij Mediolani, S. Abundij Cremonæ, & S. Mauritij Mantuæ: in Prouincia Neapolitana prò Nouitiatu Conuentum S. Pauli Neapolis, & prò Professorijs Conuentus SS. Apostolorum, & S. Mariæ Angelorum eiusdem Ciuitatis, & S. Irenæ Ciuitatis Licien. In quolibet autem ex prenominatis Conuentibus prò Nouitiatu, vt præfertur, designatis, eadem S. Congregatio impertitur licentiam hac vice tantùm recipiendi Nouitios intrà numerum hic præfixum, nempè in Conuentu S. Siluestri in Monte Quirinali Vrbis Romæ octo Clericos, seù Choristas: in Conuentu S. Michaelis Florentiæ duodecim Clericos: in Conuentu S. *Pauli* Neapolis duodecim Clericos; dum tamen hæc, quæ sequuntur, inuiolatè obseruentur. Primùm indicatur, & in singulis dictarum Prouinciarum Conuentibus publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi postulauerint; omnesque à Præposito Conuentus, prò quo erunt recipiendi, vnà cum duobus alijs Patribus grauioribus à Generali diligendis diligenter examinentur, & Capitulo Conuentuali renuncientur quotquot idonei iudicati fuerint natalibus, ætate, vita, & moribus ante actis, literatura, corporis habitudine, impulsu spiritus, alijsque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, ac Statutorum ipsius Religionis; nec idonei reputentur qui decimum quintum ætatis suæ annum non expleuerint; sicque renunciati iuxta morem Religionis proponantur in tribus Capitulis, & illi dumtaxat, qui in vno quoque secreta duarum partium suffragia habuerint, approbati intelligantur. Tùm deinde hoc examen, seù scrutinium scripto fideliter exaratum, & manu propria cuiusque Examinatoris subscriptum, ac iuramento firmatum, obsignatumque, vnà cum decreto approbationis Capituli, primo quoque tempore transmittatur ad Generalem, eoque ab vrbe absente, ad Consultores generales, qui statim, scrutinium sic receptum accuratè percurrant, & per singulas partes

tes

tes expendant; ac prætereà tàm per supradictos; quàm per literas familiares, & secretas inquisitiones à Patribus Prouinciæ antiquioribus, ac zelum Dei habentibus assumendas, sedulò inuestigent, num aduersus examinatos, & approbatos inueniatur aliqua exceptio, anue ipsorum quispiam sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquo modo addictus alicui Examinatori, aut alteri ex Patribus Religionis, & an zelo perfectionis vitæ, & Deo liberiùs in S. Religione seruiendi, an potiùs leuitate, aut necessitate, vel alio fine inordinato ductus postulet admitti. Hisquè peractis, ex omnibus vt supra approbatis idem Generalis cùm alijs supradictis intrà numerum Nouitiorum in singulis Nouitiatibus vt supra concessum præeligat meliores, habita præsertim ratione indolis, morum, feruoris spiritus, acuminis ingenij, & conditionis natalium; moxquè præelectorum nomina mittat ad Præpositum ipsius Conuentus Nouitiatus, qui tunc demum, & non prius, eosdem præelectos ad habitum probationis suscipiat, & anno elapso, si eos habiles inuenerit, ad professionem admittat, sub exacta tamen vita communi ad præscriptum Regulæ, non obstante quauis laxiori consuetudine, seù potius corruptela in contrarium introducta, seruataque forma sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, ac præcipuè Decretorum fa: me: Clementis Papæ VIII. nec non Statutorum prædictæ Religionis. Quòd si aliquem ex dictis Nouitijs ante professionem à Religione discedere, aut expelli contigerit, alius in eius locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus seruetur forma superius præscripta. Cæterum vt ijdem Nouitij, postquam in Professorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, statim post professionem emissam, si in Conuentu pro Nouitiatu vt supra assignato locus aderit secundi Nouitiatus, seù Professorij ab ea, quæ Nouitiorum est, & antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Conuentus eos alere queat: sin minus, transferantur in alium Conuentum ex designatis prò Professorio, seù secundo Nouitiatu, vbi is locus cum requisitis ad Nouitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur. Ita tamen, vt si prædicta Religio ex suarum Constitutionum, seù Institutionum vigore, maioris temporis cursu nouos Professos intrà Nouitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur: Et nihilominus permittitur Superioribus, vt id ipsum facere possint, si rationi, & Religioni magis expedire iudicauerint; in quo quidem Professorio degant sub regulis, & modo viuendi adhuc strictiori, quàm seruent antiquiores Professi, itaut nec in negotijs Conuentus se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alterius exterioris obedientiæ officium

exer-

AD propagandam in Religione Clericorum Regularium Theatinorum regularem obseruantiam, quæ Nouitiorum institutioni & educationi præcipuè innititur, Sac. Congregatio à Sanctiss. D. N. deputata super statu Regularium, de mandato Sanctitatis Suæ, in singulis Italiæ Prouincijs eiusdem Religionis, præsentis Decreti vigore, designat, ac deputat pro Nouitiatibus, & Professorijs Conuentus infrascriptos, videlicet in Prouincia Romana prò Nouitiatu Conuentum S. Siluestri in Monte Quirinali, & prò Professorio Conuentum S. Andreæ de Valle Vrbis Romæ: in Prouincia Ecclesiastica, Florentina, & Ianuensi prò Nouitiatu Conuentum S. Michaelis Florentiæ, & prò Professorijs, Conuentus S. Siri Ianuæ, S. Bartholomæi Bononiæ, S. Vincentij Mutinæ, S. Vincentij Placentiæ, S. Antonij Mediolani, S. Abundij Cremonæ, & S. Mauritij Mantuæ: in Prouincia Neapolitana prò Nouitiatu Conuentum S. Pauli Neapolis, & prò Professorijs Conuentus SS. Apostolorum, & S. Mariæ Angelorum eiusdem Ciuitatis, & S. Irenæ Ciuitatis Licien. In quolibet autem ex prenominatis Conuentibus prò Nouitiatu, vt præfertur, designatis, eadem S. Congregatio impertitur licentiam hac vice tantùm recipiendi Nouitios intrà numerum hic præfixum, nempè in Conuentu S. Siluestri in Monte Quirinali Vrbis Romæ octo Clericos, seù Choristas: in Conuentu S. Michaelis Florentiæ duodecim Clericos: in Conuentu S. *Pauli* Neapolis duodecim Clericos; dum tamen hæc, quæ sequuntur, Inuiolatè obseruentur. Primùm indicatur, & in singulis dictarum Prouinciarum Conuentibus publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi postulauerint; omnesque à Præposito Conuentus, prò quo erunt recipiendi, vnà cum duobus alijs Patribus grauioribus à Generali diligendis diligenter examinentur, & Capitulo Conuentuali renuncientur quotquot idonei iudicati fuerint natalibus, ætate, vita, & moribus ante actis, literatura, corporis habitudine, impulsu spiritus, alijsque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, ac Statutorum ipsius Religionis; nec idonei reputentur qui decimum quintum ætatis suæ annum non expleuerint; sicque renunciati iuxta morem Religionis proponantur in tribus Capitulis, & illi dumtaxat, qui in vno quoque secreta duarum partium suffragia habuerint, approbati intelligantur. Tùm deinde hoc examen, seù scrutinium scripto fideliter exaratum, & manu propria cuiusque Examinatoris subscriptum, ac iuramento firmatum, obsignatumque, vnà cum decreto approbationis Capituli, primo quoque tempore transmittatur ad Generalem, eoque ab vrbe absente, ad Consultores generales, qui statim, scrutinium sic receptum accuratè percurrant, & per singulas par-

tes

tes expendant; ac prætereà tàm per supradictos; quàm per literas familiares, & secretas inquisitiones à Patribus Prouinciæ antiquioribus, ac zelum Dei habentibus assumendas, sedulò inuestigent, num aduersus examinatos, & approbatos inueniatur aliqua exceptio, anue ipsorum quispiam sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquo modo addictus alicui Examinatori, aut alteri ex Patribus Religionis, & an zelo perfectionis vitæ, & Deo liberiùs in S.Religione seruiendi, an potiùs leuitate, aut necessitate, vel alio fine inordinato ductus postulet admitti. Hisquè peractis, ex omnibus vt supra approbatis idem Generalis cum alijs supradictis intrà numerum Nouitiorum in singulis Nouitiatibus vt supra concessum præeligat meliores, habita præsertim ratione indolis, morum, feruoris spiritus, acuminis ingenij, & conditionis natalium; moxquè præelectorum nomina mittat ad Præpositum ipsius Conuentus Nouitiatus, qui tunc demum, & non prius, eosdem præelectos ad habitum probationis suscipiat, & anno elapso, si eos habiles inuenerit, ad professionem admittat, sub exacta tamen vita communi ad præscriptum Regulæ, non obstante quauis laxiori consuetudine, seù potius corruptela in contrarium introducta; seruataque forma sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, ac præcipuè Decretorum fa: me: Clementis Papæ VIII. nec non Statutorum prædictæ Religionis. Quòd si aliquem ex dictis Nouitijs ante professionem à Religione discedere, aut expelli contigerit, alius in eius locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus seruetur forma superius præscripta. Cæterum vt iidem Nouitij, postquam in Professorum numerum, vt præfertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, statim post professionem emissam, si in Conuentu pro Nouitiatu vt supra assignato locus aderit secundi Nouitiatus, seù Professorij ab ea, quæ Nouitiorum est, & antiquorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Conuentus eos alere queat: sin minus, transferantur in alium Conuentum ex designatis prò Professorio, seù secundo Nouitiatu, vbi is locus cum requisitis ad Nouitiatum ipsum præscriptis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur. Ita tamen, vt si prædicta Religio ex suarum Constitutionum, seù Institutionum vigore, maioris temporis cursu nouos Professos intrà Nouitiatum detinere consuescat, illis in hac parte minimè derogatum esse intelligatur: Et nihilominus permittitur Superioribus, vt id ipsum facere possint, si rationi, & Religioni magis expedire iudicauerint; in quo quidem Professorio degant sub regulis, & modo viuendi adhuc strictiori, quàm seruent antiquiores Professi, itaut nec in negotijs Conuentus se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alterius exterioris obedientiæ officium

exer-

exercere debeant, ibique permaneant quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem peruenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimò & debebunt literarum studijs operam nauare, sub directione, & regimine Superioris; qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportet; quemadmodum ipsius Clementis Decreto prouidè sancitum est. Porrò in Conuentibus tàm pro primo, quàm pro secundo Nouitiatu, vt præmittitur, assignatis, nec Præpositus, nec Nouitiorum Magister deputetur, nisi ab ipsomet Generali, vnà cum Consultoribus generalibus, nec familia constituatur, vel amoueatur, nisi ab eodem Generali, nec in eis collocentur, nisi Religiosi graues, deuoti, exemplares, & regularis Obseruantiæ, ac puritatis regulæ studiosi. Præcipuè verò caueatur, nè ibi ponatur aliquis, qui non consentiat seruare vitam communem, quæ in prædictis Conuentibus ad regulæ præscriptum exactè obseruetur, indeque amoueantur qui tàm sanctæ Ordinationi contradicere, aut quoquo modo se opponere ausi fuerit. Ad extremum postquam Nouitij in Professorum numerum, vt supra, cooptati fuerint, Superiores Regulares, ad quos pertinet, illicò Sacram Congregationem edoceant, supradicta omnia, & singula fuisse ad vnguem adimpleta, & executioni mandata; alioquin pœnas in memoratis Decretis Clem. VIII. fel. rec. statutas se subituros, & nouas licentias recipiendi Nouitios, nequaquam fore impetraturos certò sciant. Non obstantibus quoad præmissa omnia, & singula Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non prædicti ordinis statutis, consuetudinibus, & priuilegijs, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ die 8. Octobris 1654.

B. Card. Spada.

Loco ✠ Sigilli.

P. Fagnanus S. Congr. Secr: